

„fessarii Confessione audita injungant Pœnitentibus salu-
„tates Pœnitentias, peccatis commissi (ait) quantum fieri
„potest, *contrarias*... Pro peccato itaque luxuria, jejunium
„precipiant & abstinentiam; pro avaritia, eleemosynam;
„pro furto, aut rei alienæ detentione primò restitutionem,
„deinde orationes & eleemosynam; pro ira mansuetudinis
„opera pro superbia humilitatis; pro peccatis spirituali-
„bus meditationes, orationes & similia, prout observave-
„rint Pœnitentium salutem expedire posse.

Hæc omnia latius proponit & inculcat S. Carolus in In-
„structionibus pro Sacramento Pœnitentiæ; quæ habentur
„in Actis Ecclesiæ Mediol. pag. 433.

X. Ad hæc Confessarius ad instar Medici spiritualis, ita
„sua spiritualia pharmaca præscribere debet, ut ostendat, se
„illa unice ad ipsius ægri salutem procurandam præscribere,
„nihilque se in eorum præscriptione lucri querere.

Hæc de re ita loquitur S. Carolus in Instructionibus
„Confessariarum *parte 2. cap. 8.* “Uti liberior sit Confessarius
„in exequendo officio, quod illi cum Pœnitente est, majore
„reque apud eundem in auctoritate habeatur in decernendi-
„dis iis omnibus, quæ ad Pœnitentis salutem referuntur,
„non solum fugiet studiosè avaritiam, sed etiam *Omnes e-
„jus vel minimam suspicionem.*

XI. Deinde pro fugienda omni specie lucris nominatim in
„Pœnitentiis injungendis, subiungit: “cum Pœnitenti ju-
„bebit ut Missæ Sacrificium faciat uspiam peragi, *ne dicitur*
„*Et nec oblique* significet quasi velit ipse celebrare, vel in
„sua Ecclesia aut *monasterio* curare celebrari.

“Idem faciat, pergit S. Carolus, in satisfactionibus iis,
„cum pœnitens vel debita incerta reddere pauperibus,
„vel pro votorum commutatione aliquid solvere de-
„bebit.

Tandem ut Confessarius omnem vel speciem avaritiæ
„subterfugiat, eum monendum censuit, “ut neque pecu-
„nias aliave, quæ ad pœnitente restituenda sunt propriis
„dominis, in se provinciam reddendi assumat, nisi necessi-
„tas id requirat, ut videlicet hoc modo pœnitens non pro-
„datur, quod cum erit ab eo factum, curet ut is, cui rem
„restituit, chyrographum suum in testimonium ei tribuat,
„ut illud pœnitenti consignet, ac plane eo modo procedat,
„ut *omnem speciem ac signum avaritiæ subterfugiat.*

XII. Nec tantum Medici sive medentis officio Confessa-
„rius in pœnitentiis imponendis fungi debet juxta allega-
„tum, Concilii Tridentini Decretum; sed etiam Judicis puni-
„entis sive vindicantis & castigantis.

Neque enim pœnæ satisfactoriæ, declarante Concilio,
„tantum debent esse ad medicinam vulnèrum, sed etiam ad
„prætoriorum peccatorum vindictam & castigationem;
„Nam Claves Sacerdotum non ad solvendum dumtaxat,
„sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres & cre-
„dunt & docent, “ait eodem loco Concilium.

XIII. Hoc judicis officium ut rectè exerceant, debent im-
„primis prudenter & circumspèctè gravitatem criminum &
„Pœnitentium qualitatem discutere; iisque discussis tam-
„quam integri ac incorrupti judices solvere & ligare, major-
„rem vel minorem pœnitentiam injungendo: “ne si fortè
„peccatis conniveant, & indulgentius cum Pœnitentibus
„agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis
„injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur,
„ut loquitur Synodus Tridentina.

XIV. Ex hoc quoque judicis officio Confessariis incum-
„bente, id est statuendum, admodum cavendum Confessa-
„riis, ne à Pœnitentibus occasione Confessionis quidquam
„temporale accipiant, aut sperent. Præterquam quod id, ut
„minus speciem aliquam Simonia aut saltem turpis qua-
„sitús præferat, illud etiam constat ipsa veritate teste, *Munera
„excacare oculos Sapientum & mutare verba justorum.*

Hinc de filiis Samuelis testatur sacer Textus I. *Regum*
„*cap. 8.* Declinaverunt post avaritiam acceperuntque
„munera; ac dein tamquam consequens subiicit: *Et perver-*
„*terunt judicium.*

XV. Nonne hæc fuit excacatio, quæ jam pridem
„psepho-Propetas induxit, ut falsa prophetarent & popu-
„lum seducerent, pacem dando, quam Dominus non dederat
„“Hæc dicit Dominus Deus (ait Ezechiel *cap. 13.*) væ qui
„consuunt pulvillos sub omni cubito manûs: & faciunt
„cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas
„& cum caperent animas populi mei, vivificabant animas
„eorum.

Quæ porrò tam perversi judicii ratio? audi Prophetam
„& violabunt me ad populum meum, ait, *propter pugillum
„hordei & fragmen panis*, ut interficerent animas, quæ
„non moriuntur, & vivificarent animas, quæ non vivunt,
„mentientes populo meo credenti mendaciis.

Si munera aliæque temporalia olim prophetarum judi-
„cium perverterint & eorum verba mutaverint; num for-
„san minus efficacia hodie illa censebimus ad oculos
„Sacerdotum excacandum, eorumque judicium perver-
„tendum?

XVI. Meritò proinde monuit in suis Ordinationibus
„Episcopus Gandensis anno 1629. *tit. 3. cap. 2.* “Caveant e-
„tiam Confessarii, ne quæ commoda temporalia, sibi vel
„suis (occasione Confessionis) à pœnitentibus aucupen-
„tur; neque convenit, ut ipsorum temporalibus bonis ad-
„ministrandis se misceant.

Idem in suis Ordinationibus habet Gaspar Nemius E-
„piscopus Antverpiensis *tit. De Sacramento Pœnit.*
„*num. 13.*

Item Synodus Namurcensis anno 1659. *tit. 5. cap. 16.*
„Verbo: “ad audiendas Confessiones, non inani gloria, non
„lucris cupiditate, non curiositate, non denique ullo hu-
„mano affectu ductus; sed salutis fidelium procurandæ
„studio inflammatus accedet; “ut loquitur S. Carolus
„loco citato.

Plura hanc in rem videri possunt in tractatu meo de
„*Simonia circa Beneficia & administrationem Sacramen-*
„*torum parte 1. cap. 7.* ubi una ostendi, qui de hac muneri-
„um aut temporalium expectatione meritò habeantur suspecti;
„ac dein §. 3. monui, quam periculofum sit, multique in-
„commodis obnoxium, quod Sacerdotes cogantur vi-
„vere ex honorariis à Pœnitentibus oblatis; quodque pro
„Pœnitentium numero etiam augeantur temporalia vitæ
„subsidia.

XVII. Si secundum modernam Ecclesiæ disciplinam, ac-
„que invariabiles Evangelii regulas, Sacerdotes debeant
„hodie non secus ac olim, pro qualitate criminum & pœni-
„tentium facultate, salutare & convenientes satisfactiones
„inungere, convincitur, quàm meritò ipsi etiam Confessa-
„rii reflectant ad eam curam & sollicitudinem, quam jam
„pridem Patres in discernendis ac statuendis Pœnitentiis &
„peccatorum remediis adhibuerunt, quam capite præceden-
„ti exhibuimus; eo fine ut Confessarii intelligant, quàm mo-
„deratè, circumspèctè ipsi in his procedere debeant; cum
„nec in scientia, nec vitæ Sanctitate Patribus istis comparari
„queant.

XVIII. Hactenus dicta insuper ostendunt, quod tamen
„Confessarii hodie non adstringantur ad imponendas pœni-
„tentias juxta præscriptum Canonum Pœnitentiarum,
„horum tamen notitia non uno titulo sit etiamnum hodie
„perutilis.

Primò quidem ut ex horum notitia aliquo usque possint
„de criminum gravitate judicare.

Si enim non tantum in certis casibus aut singularibus
„circumstantiis, sed constanter & ubique uni peccato præ
„alio gravior ac diuturnior pœnitentia imposita deprehen-
„datur, pro indubitato erit, ex mente Patrum, illud præ hoc
„gravius esse: cum semper fixum fuerit & indubitatum, pœni-
„tentias, sepositis particularibus circumstantiis, secundum
„gravitatem criminum esse imponendas.

Exempli gratia, dum in omnium temporum ac locorum
„Canonibus & libris pœnitentia libet videbitur pro forni-
„catione, etiam simpliciter non minorem unquam, sed fre-

quent-

quentissimè majorem, quàm *annalem* pœnitentiàm, in je-
„junius aliisque carnis cruciantibus operibus peragendam,
„fuisse impostam; pro ebrietate verò, etiam in homine Ec-
„clesiastico, atque etiam cum aliqua circumstantia aggra-
„vante, 40. dumtaxat dierum, aut in Laico 15. aut 7. dierum,
„nequaquam dubium esse poterit, quin fornicationem
„multò graviolem, quàm ebrietatem Patres & Concilia Ca-
„nonum illorum auctores existimaverint.

XIX. Secundo notitia horum Canonum utilis erit; ut
„ipsis peccatoribus ostendatur (uti etiam monet celebris
„ille Canonum interpret Antonius Augustinus in præfa-
„tione ad libros pœnitentiales à se vulgatos) quam pœni-
„tentiam & vindictam illis peccatis olim Patres imposue-
„rint; ut ita levius ferant pœnitentiã leviores & modum le-
„viorē, quibus nunc cum illis agit; videbuntque verifi-
„simum esse quod observat Eminentissimus Aguirius *D. Ferr.*
„*VIII. ad Concil. Tolet. III. n. 159.* “Satisfactiones imponi so-
„lita hoc tempore ante vel post absolutionem pro gravi-
„oribus peccatis (etiam ab iis Confessariis qui *rigidi* habentur,
„et *crudeliter* inculcari solent, tamquam *conscien-*
„*tiarum carniſices*) non æquant ne centesimam quidem
„partem ejus pœnitentiæ, quam imponebant Canones illi,
„nec penes durationem, nec secundum acerbitatem: ut pa-
„tebit consideranti.

XX. Tertio hi Canones ostendent, quomodo de accelera-
„tione vel procrastinatione reconciliationis, non tam ex
„verbis, quam operibus pœnitentium statuendum sit. Ut
„enim *Canone 13.* Niceno cavetur: Episcopus de iis pœnitentibus
„aliquid humanius statuere, & tempus pœnitentiæ con-
„trahere poterit, qui *lacrymis, tolerantia & bonis Operibus*
„*conversionem & Opere & habitu ostendunt.* E quibus quo-
„que facile constabit, ut loquitur Aguirius, “quam injustè &
„imprudenter ii (delicati peccatores) criminentur Confes-
„sarios (quanvis doctos, pios ac notè prudentias) nolentes
„absolutionem impendere statim, sed illam differentes do-
„das, vel dies saltem, juxta prudens ipsorum judicium.

XXI. Serviet denique horum Canonum notitia, ut sint
„ipsis Sacerdotibus regulæ directivæ, in quibus tamquam
„in speculo videant quæ Pœnitentiæ ex mente SS. Patrum his
„illive peccatis convenientes judicatæ fuerint; ac tam ipsi
„pro conditione temporum; personarum aliarumque cir-
„cumstantiarum judicent, qualiter has Pœnitentias moderari
„aut mutari oporteat.

XXII. Unde nullatenus horum Canonum notitia tam-
„quam inutilis rejicienda.

Et quidem qui ad studiosæ Juventutis instructionem
„Corpus Canonicum compilavit, ad calcem Decreti, Gratiani
„Canones Pœnitentiales exhibet cum hac epigrapha: *Can-*
„*ones Pœnitentiales quorum notitia viris Ecclesiasticis est*
„*valde necessaria: sunt enim regula directiva ad*
„*Pœnitentias imponendas.*

XXIII. Notitiã horum Canonum præterito seculo
„non inutilem credidisse zelofum ac sanctorum Canonum
„scrutatorem & instauratorem S. Carolum patet ex ejus
„Concilio *I. parte 2. tit. 6.* ubi ait: *Confessores Canonos Pœni-*
„*tentiales bene noverint.* Et in Concilio *V. parte 3. §. 2.* præ-
„cipitur, ut Examinandi interrogentur: *An Canones Pœni-*
„*tentiales ritè teneant.*

Fructus qui ex horum Canonum notitia hauriendi sunt
„uno non loco exposuit: “Patres docuerunt (ait in præfa-
„tione ad Canones pœnitentiales à se editos) quàm *necef-*
„*saria admodum* sit Sacerdotibus Canonum pœnitentia-
„rium scientia. Etenim si omnia quæ ad pœnitendi modum
„pertinent, non prudentia solum ac pietate, sed justitia
„etiam metiendi sunt; certè norma hæc à Canonibus Pœ-
„nitentibus sumatur oportet. Sunt namque ii quasi re-
„gulæ quædam, quibus tum ad culpæ committendæ grava-
„tem rectè dignoscendam, tum ad imponendam pro illius
„ratione VERAM PŒNITENTIAM Sacerdotes Confessarii
„dirigantur, aut ibi singula, & quæ ad peccati magnitudi-
„nem & quæ ad pœnitentis statum, conditionem, ætatem,
„intimumque cordis contriti dolorem, pertinent, accuratè
„perpenderint; tum demum pœnitentiã judicio ac pru-
„dentia sua moderentur.

Et alibi postquam monuit, quod in imponenda pœni-
„tentia Confessarius prudens esse debeat, ne forsan aut levio-
„res, aut graviores & diuturniores, quam oportet, imponat,
„pro remedio non errandi subiungit: “Ideo Sacerdos *Can-*
„*ones Pœnitentiales* consulet, quibus licet cum prudentia,
„discretionem & modo, pro pœnitentis contritione, qualita-
„te, statu, aliisque circumstantiis uti debeat, observandi ta-
„men sunt; ita ut juxta eos quasi traditam sibi regulam Sa-
„cerdos se gerat prout expedire ei visum fuerit; & quando
„pœnitentiã Canonum rigori omninò conformem non
„imponet, eam tamen pœnitenti significabit, ut ad contri-
„tionem eum moveat, & leviolem injunctam pœnitentiã
„ipse ardentius exequatur; motus scilicet ex hodiernæ
„Ecclesiæ benignitate, qua antiquioris disciplinæ rigot
„mitigatur.

XXIV. Ut verò facilis horum Canonum notitiã hau-
„rire possent Confessarii, illos ex variis Conciliis & Canonum
„Collectionibus juxta ordinem Decalogi disponi curavit;
„atque una cum instructionibus pro Sacramento Pœnitentiæ
„evulgavit; & hodie habentur in Actis Ecclesiæ Medio-
„lanensis *parte 4.* quos Confessarii meritò consulent, &
„expendent.

CAPUT V.

De Ordinario Pœnitentiæ Ministro.

1. *Olim soli Episcopi Pœnitentes reconciliabant.*
2. *Hæc auctoritas multis seculis ipsis competit quoad peccatores publicos.*
3. *Præcipua cura circa Pœnitentes Episcopi incumbat.*
4. *Hi Diaconos & Presbyteros invigilandis Pœnitentibus delegabant.*
5. *Postquam pro peccatis occultis capti est agi pœnitentiã occulta, pœnitentium reconciliatio ad presbyteros devolvi magis cepit.*
6. *Seculo 8. & sequentibus Presbyteri erant frequentiores Pœnitentiæ ministri.*
7. *Non omnibus Presbyteris, sed ferè solis Parochis respectu suorum Parochianorum hæc auctoritas competebat.*
8. *Pluribus seculis absolutio ab alieno Sacerdote sine licentiã proptii habita fuit nulla.*
9. *Idem supponit Concilium Lateranense sub Innocentio III.*
10. *Seculo 8. cepit dari facultas excipiendi Confessiones Fratrum Mendicantium; & sensim aliis Presbyteris.*
11. *Credutum fuit, Fidelibus liberum esse eligere unum ex his Presbyteris in Confessarium.*
12. *Quomodo hæc privilegia & facultates concessa sint sine præjudicio proptii Sacerdotis.*
13. *Post concessa hæc privilegia & facultates mansit obligatio constituendi semel in anno proptio Sacerdoti.*
14. *Id declaravit Martinus IV.*
15. *Declaratio Concilii Basiliensis conformis.*
16. *Id ipsum in contradictorio judicio decisum per Xystum IV.*
17. *Eandem obligationem agnovit S. Carolus.*
18. *Synodus Atrabatenensis id ipsum declarat.*
19. *Non tantum à Laicis; sed & Clericis Synodi Belgica id exigunt; & quis sit singulorum proprius Sacerdos declarat.*

20. *Hanc obligationem fuisse declaraverunt Archiepiscopus Cameracensis & Episcopus Atrebatenfis.*
21. *Quid de hac obligatione sentiat Ecclesia Gallicana?*
22. *Sententia Archiepiscopi Remensis super hoc jure Parochorum.*
23. *Ratio hujus juris & disciplina.*
24. *An ubique hoc Parochi aequè urgere debeant?*
25. *Parochi haud facile licentiam alteri Sacerdoti confitendi negare possunt; eorumque moram Episcopus supplere potest.*

Recipiam circa poenitentem curam; nec non reconciliandi potestatem olim fuisse penes Episcopos dubitari nequit. Sanctus Cyprianus *Epistola* 11. conquerens de quibusdam Presbyteris, qui poenitentes ante actam poenitentiam, contempta Canonica disciplina conciliabant, inter alia reprehendit quod se in consilio id facerent. Verba ejus sunt: "Audio quosdam de Presbyteris nec Evangelii memores, nec quid ad nos Martyres scripserint cogitantes, nec *Episcopo bonorem* Sacerdotii sui & Cathedrae reservantes, jam cum lapsis communicare coepisse, & offerre pro illis, & Eucharistiam dare, quando oporteat ad hæc *per ordinem* perveniri. Nam cum in minoribus delictis, quæ non in Dominum committuntur, poenitentia agatur justo tempore, & exomologesis fiat, inspecta vita ejus qui agit poenitentiam, nec ad communicationem venire quis possit, nisi prius illi ab Episcopo & Clero manus fuerit imposita, quanto magis in his gravissimis & extremis delictis, cautè omnia & moderatè secundum disciplinam Domini observari oportet?"

Perpicuum hinc est, Cyprianum existimasse, reconciliandi præcipuam auctoritatem fuisse penes Episcopum; Presbyterosque eam sine auctoritate Episcopi dando, Canonice disciplinam infregisse: quod etiam Morinus advertit, addens: "Exigebat enim Ecclesie disciplina, ut publice poenitentia rei *ab Episcopo*, aut illius *inssu* reconcilietur." *Lib. 9. Cap. 23. num. 7.*

II. Hanc disciplinam pluribus seculis perseverasse, ut *publici* saltem criminosi & poenitentia *publica* subjecti, non nisi ab Episcopo ejusve jussu reconciliarentur, constat ex *Can. 3. Concilii Carthaginensis II.* ubi legitur: "Ab universis Episcopis dictum est: Chrismatis confectio, & puellarum consecratio, à Presbyteris non fiant, vel *reconciliare* quemquam in *publica* Missa Presbyteris non licere; hoc omnibus placet." Apud Gratianum *canon. 26. q. 6. Can. 1.*

III. Hinc pristinis illis seculis summa Episcoporum vigilantia & cura fuit de poenitentibus, toto tempore poenitentia; ut intelligerent, an opera poenitentia; quemadmodum erant imposita ipsi Poenitentes exequerentur; item quo animi affectu, diligentia, perseverantiaque poenitentiam peragerent.

Ad hanc vigilantiam excitat Episcopos Synodus Nicæna *Can. 12.* "In his omnibus examinare convenit consilium & speciem poenitentia;, quicumque enim & timore & lacrymis, & tolerantia & bonis operibus conversionem reapte non specie tenus demonstrant, hi impleto auditionis tempore quod præfinitum est, merito orationum communionem habebunt, cum eo quod etiam liceat *Episcopo* humanius aliquid de his statuere.

Pluribus hæc prosequitur Morinus *Lib. 5. cap. 16.* ostenditque hanc in Episcopis vigilantiam & curam necessariam fuisse, ut de conversione, & dispositione justè judicare possent; atque dignoscere, qui citius, qui tardius ad reconciliationem essent recipiendi.

IV. Observat præterea, quod cum Episcopi non possent *per se* convenientem de omnibus poenitentibus curam agere, Diaconos Presbyterosque delegisse qui Poenitentibus

invigilarent; atque opportuno tempore statum v. amque, iororum ad Episcopum referrent.

V. Hæc Episcoporum auctoritas in poenitentia; imponendis, moderandis, & tandem poenitentibus reconciliandis, post seculum septimum sensim Presbyteris magis communicari coepit.

Cum enim post seculum septimum pro peccatis *occultis* desinit imponi poenitentia *publica*, una quoque vulgatum fuit, poenitentiam *occultorum* criminum Presbyteris concessam; *publicorum* vero Episcopis reservatam. Quo magis ergo labentibus seculis poenitentia *publica* desinit; atque poenitentia *occulta* & *privata* facta frequentior, etiam auctoritas poenitentia; imponendi, & poenitentes reconciliandi ad Presbyteros magis magisque devolvi coepit; adeo ut tandem non nisi *solemnis* poenitentia Episcopis reservata remanserit; ut *cap. 2.* notatum fuit.

VI. Hinc videmus, libros poenitentiales, nec non Canones poenitentiales octavo & sequentibus seculis conditos, præcipuè ipsos Presbyteros, tamquam poenitentia; ministros respicere; cum antiquiores Canones ferè solos Episcopos instruant, atque dispensatores poenitentiarum supponant.

VII. Verum hæc auctoritas non omnibus presbyteris ita competeat, ut omnes indifferenter Presbyteri indistinctè quoslibet poenitentes reconciliare possent: sed erat penes solos illos presbyteros, qui specialiter ad curam animarum tamquam *propriis* Sacerdotes erant populo præpositi & deputati.

Sicut enim his solis Sacramentorum & Divini verbi dispensatio respectu populi sibi concediti competeat; ita quoque his solis poenitentiarum impositio & poenitentium reconciliatio concedita erat.

VIII. Inò pluribus seculis obtinuit, ut confessio facta alieno Sacerdoti, & absolutio ab illo sine licentia proprii Sacerdotis obtenta in valida reputaretur. Neque ulli eo tempore licebat præter proprium Sacerdotem alium Confessarium, a quo valide absolveretur, eligere; nisi speciali privilegio etet munitus, quemadmodum in *Cap. fin. De Poenit. & Remiss.* dicitur: "Ne pro dilatione poenitentia; periculum imminuat animarum, *permitterimus Episcopis* & aliis Superioribus, nec non minoribus Prælatiis exemptis, ut etiam præter sui Superioris licentiam providum & discretum sibi possint eligere Confessorem.

Ad hunc textum rectè notat Glossographus: "Sic ergo videtur, quod Episcopi vel alii inferiores Prælati exempti ante istam permissionem non poterant se subjicere, alicui Confessori sine licentia Superioris: quia nullus Clericus sine licentia sui Episcopi potest eligere iudicium, non sui judicis personæ vel rerum; ergo multo minus iudicium animarum, quod majus.

Hujus Decretalis cum auctor scribatur Gregorius IX. apparet, adhuc seculo 13. hanc disciplinam viguisse; ut quisque suo proprio Sacerdoti sive Superiori confiteri deberet; nec sine hujus licentia alteri fas esset.

IX. Id ipsum non obscure supponit Concilium Lateranense sub Innocentio III. sub initium illius seculi celebratum in *Cap. OMNIS UTRIVSQUE SEXUS; De Poenit. & Remiss.* Cum enim statuit, ut omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno proprio Sacerdoti; & injunctam sibi poenitentiam studeat proviribus adimplere; nonnullis de perceptione Eucharistia;, & hujus Decreti promulgatione interjectis, subjicit: "Si quis autem *alieno* Sacerdoti voluerit iusta de causa sua, confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat, à proprio Sacerdote, cum alter ille ipsum non possit *solvere vel ligare*."

Finalis hæc clausula fat patenter supponit, secundum disciplinam illius temporis, *alieno* Sacerdoti non fuisse potestatem solvendi vel ligandi sine licentia proprii Sacerdotis: cum aliàs ineptè à Concilio hæc ratio adduceretur, ad probandum,

bandum, licentiam proprii Sacerdotis esse necessariam, ut quis *alieno* Sacerdoti confiteri possit.

X. At exortus hoc & sequenti seculo Fratribus Mendicanibus, conceitium iis fuit à variis Pontificibus; ut Fidelium ad eos accedentium confessiones liberè exciperent, & debite dispositis absolutionem impartiri valerent; quibus etiam ipsi Episcopi eandem facultatem dare coeperunt: quam & ad alios quoque Presbyteros, nullam specialem curam Animarum habentes, extenderunt.

XI. Vigore horum privilegiorum, ac Episcopalis auctoritatis ceperunt Fratres Mendicantes, atque alii Presbyteri Seculares nullam curam animarum habentes, omnium indifferenter fidelium ad se accedentium; pro tenore privilegii & auctoritatis Episcopalis, confessiones excipere; persuasumque fuit fidelibus, sibi liberum esse, hujusmodi Presbyteris etiam sine licentia *propriis* Sacerdotis confiteri; atque valide & licite ab iis reconciliari.

XII. Verum quemadmodum in privilegiis communiter salvum censetur *jus tertium*; ita quoque Pontifices & Episcopi hæc privilegia & facultates Regularibus aliisque presbyteris concessa voluere salvo *jure Parochi*, sive *propriis* Sacerdotis; cui titulo curæ Animarum sibi conceditæ competit *jure suo* sive *ordinario* Sacramenta populo sibi subiecto administrare.

Sed quia juxta Ordinationem Concilii Lateranensis populus non videbatur, saltem ex præcepto Ecclesie adstrictus nisi semel in anno sua peccata confiteretur; non videbatur *jure* proprii Sacerdotis aliquid detractum; si permitteretur populo ex devotione *alieno* Sacerdoti confiteri, si modo semel confiteretur in anno proprio Sacerdoti sicut nihil detractum videbatur juri Ecclesie Parochialis, licet Fidelibus indulgeretur in Ecclesiis Regularium Sacram Eucharistiam sumere, modò semel in Paschate in Ecclesia *Parochialis* communicarent.

XIII. Ne ergo juri Parochi sive *propriis* Sacerdotis videretur per privilegia aut licentias generales Mendicantibus concessas derogatum, non semel declaravit Pontifices & Episcopi, ita liberum esse Fidelibus confiteri quoties voluerint Presbyteris Regularibus legitime approbatis, ut tamen annuè semel proprio Sacerdoti confiteantur, aut alieno *de hujus licentia*.

XIV. Imprimis Martinus IV. anno 1281. in Bulla qua Fratribus Minoribus impartitur licentiam excipiendi Fidelium confessiones expressè declarat, quod si qui Fratres confiteantur, *jus Presbyteris Parochialis* confiteri, *saltem semel in anno, prout Concilium generale statuit*, teneantur, quodque iidem Fratres eosdem diligenter ad hæc & efficaciter secundum datam eis à Domino gratiam exhortentur.

XV. Referente Augustino Patricio in Historia Concilii Basiliensis inter cæteras Mendicantium assertiones à Concilio damnatas, erat hæc: "Fratres Mendicantes etiam non præsentatos Ordinariis, omnium Confessiones posse audire, & illosque qui apud ipsos sint confessi, non *obligari* etiam *semel* in anno confiteri proprio Sacerdoti, nec petere consentendi veniam." *Cap. 137. Extrat. com. 13. Conc. col. 1608.*

XVI. Rursum seculo 15. Sixtus IV. in *Extrav. VICES DE TRENGA & pace in Communib.* præcipit, ut ipsi Mendicantes desistant prædicare, quod Parochiani non sint *obligati*, saltem in Paschate proprio confiteri Sacerdoti; Quia (ait) *de jure tenentur* Parochiani *saltem in Paschate proprio* confiteri Sacerdoti.

Post hæc subjungit Pontifex: "per hoc tamen ipsi Fratres Mendicantes non censentur exclusi, quo minus se cum *juris* communis & *privilegiorum* eis concessorum dispositionem confessiones audire & poenitentias injungere valeant.

Ex sententia igitur Pontificis, ipsa privilegia Fratrum Mendicantium non intelliguntur, nisi cum hac clausula, *salvo jure Parochi* ad *annuam* confessionem suorum *Parochi* *van* *Esper* *jur. Eccl. P. II.*

rochianorum secundum Ordinationem Concilii Lateranensis.

Hanc privilegiorum expositionem utpote æquitati ac juri communi consonam, Synodi & Episcopi passim in suis Decretis expresserunt; nec aliter Regularium approbationes, tamen illimitatas intelligendas declararunt.

XVII. Sanctus Carolus in Concilio Mediol. *I. parte 2. cap. 6.* ait: "Innocentii III. constitutionem in generali Concilio editam, qua sancitum est, ut Fideles saltem semel in anno proprio Parocho peccata sua confiteantur, inviolatè omnes servent.

Non ergo sufficit Sancto Carolo, quod Fideles semel in anno confiterentur Confessario ab Episcopo legitime approbato; sed voluit, ut proprio Parocho semel in anno confiterentur juxta constitutionem Concilii generalis.

XVIII. Synodus Atracatenfis sub Francisco Richardoto anno 1570. ita statuit: "Pastores diligenter considerent omnia sua, & inscribant singulos qui (semel in anno saltem) confessi fuerint peccata propria, idque proprio Sacerdoti aut alteri idoneo, qui hujus rei potestatem habeat ab ipso Pastore, ut intelligat & plane cognoscat in suis gregibus, an sint aliqui, qui hoc sanctum Ecclesie præceptum negligant, quos tenebitur notare & deferre." *De Sacramento Poenit. cap. 2.*

Quid evidentiùs, quam Synodi hujus Patres supponere, Parochianos semel in anno teneri confiteri proprio Pastori; aut alteri de Pastoris speciali licentia.

XIX. Synodus Audomarenfis anno 1583. *sic. 7. cap. 2.* mandat distinctè observari *Canonem* OMNIS UTRIVSQUE SEXUS, ac deinde *cap. 5.* declarat, illum non de solis Laicis, verum etiam de *Clericis*, & omnibus qui in Ordinibus constituti sunt sive sacris, sive non sacris intelligendum esse, ac tandem *cap. 6.* quis sit singularium *propriis* Sacerdos ad mentem dicti Canonis exponit his verbis: "proprium autem Sacerdotem illum intelligi declaramus, cujus cura quæque proprie subiectus est. Sic *Parochus proprius* Sacerdos est Parochianorum suorum, tam Sacerdotum ac Clericorum Parochia; subserviendum, aut in Parochia habitantium, nec ad certam Ecclesiam pertinendum, quam laicorum. Sic Archipresbyterum seu Decanum Christianitatis cujusque loci, *proprium* Sacerdotem esse & agnosci volumus Pastorum sui decanatus; sic Archipresbyterum civitatem, *proprium* Sacerdotem, ut Pastorum sui decanatus, ita & cæterorum Archipresbyterorum sive Decanorum Christianitatis. Eorum qui dignitatem, Canonice, beneficium, vel officium, in Ecclesiis Collegiatis nobis subditis obtinent, *proprium* Sacerdos est is, cui ratione dignitatis animarum cura incumbit, aut, ubi hujusmodi non est, cui nos id muneris crediderimus; Monachorum, est Prælati. Singuli itaque, juxta præscriptum hoc, *proprium* suum Sacerdotem agnoscant; aliquoties annis singulis, & ut minimùm semel, suo quique confitentes.

Id ipsum de Canonicis & Capellanis in Ecclesiis Collegiatis præcipit Synodus Cameracensis anno 1567. *sic. De Poenit. cap. 3.* ut minime saltem semel in anno confiteantur suis Decanis aut præpositis, tamquam *propriis* Pastoribus, videlicet in Paschate, aut saltem eo tempore alteri confitendi licentiam impetrent.

Idem non tantum à Canonicis & Capellanis, sed & Pastoribus aliisque Clericis observari vult Synodus Buscoducensis sub Mefsio *Tit. de poenit. Sacram. cap. 4.* Similiter Iprensis sub Richovio id ipsum inculcat; addita ab omnibus hac ratione: *Non enim minus Ecclesiasticos, quam laicos obligat dictum Capitulum* OMNIS UTRIVSQUE SEXUS.

Similia in aliis Synodis Belgicis sub idem tempus celebratis leguntur; additque Synodus Torunacensis anno 1574. *Tit. De Sacram. Poenit. cap. 3.* "Et ob id nullus Sacerdos regularis vel secularis, etiam privilegii Apostolici prætextu, tempore quadragesimæ, poenitentium confessiones